42.

non ex nobis sed p spm scm qui datus e nobis. Maloru aut concu
piscentia propt quam in eis est falsa patientia. Non e ex patre.
sicut dicit apts iohannes. sed & mundo est. hic dicit & aliquis.
Si ex mundo ex concupiscentia malora p qua fit ut mala om
ma pro eo quod ab illis concupiscatur pferant. Quomo
do ex eorum dicitur uoluntate. quasi uero non & ipsi ex mun
do sint. cum ab eis diligitur mundus deserente eo p quam
factus est mundus. Seruiunt enim creaturę potius quam
creatori qui e benedictus in scla. Siue itaq; mundi uoca
bulo iohannes apt dilectores significauerit mundi; uo
luntas quae ex ipsis e. utiq; ex mundo est. Siue mundi
nomine caelum & terram & quecuq; in eis sunt. hoc est uni
uersam conplexus sit creaturam. Uoluntas p dubio creaturae
que n e creatoris ex mundo est. Propt quod talib; dns dic.
Vos de deorsu estis. Ego desursum. Vos de hoc mundo estis.
ego n sum de hoc mundo. Apostolis aut dicit. Si de hoc mundo
ess & is mundus quod suum e diligere. Sed ne sibi amplius adro
garent quam eoru mensura poscebat. & hoc quod eos non
esse dix ex mundo naturae putarent esse non gratiae;
Quia uero inquit de mundo non estis sed ego elegi uos de mun
do. Propterea odit uos mundus. Ergo de mundo erant. Nam
ut & de mundo n essent. electi sunt de mundo. Hanc aut elec
tionem non p cedentiu in bonis operib; meritoru. sed elec
tionem gratiae demonstrans apostolus. Sic inquid & in
hoc tempore reliquię p electione gratiae saluae facte s.
Si aut gratia iam n ex operibus. Alioquin gratia ia n e gratia